se. Nemo enim cum temptatur dicat quia a deo tem
ptor. Deus autem intemptator malorum est. Ipse enim ne
mem temptat. Unusquisque uero temptatur a concupis
centia sua. abstractus et illectus. Deinde concupiscentia
cum conceperit parit peccatum. Peccatum uero cum con
summatum fuerit generat mortem. Nolite itaque errare fra
tres mei dilectissimi. Omne datum optimum et omne
donum ꝑfectum desursum est descendens a patre lu
minum. apud quem non est transmutatio nec uicissitudinis
obumbratio. Uoluntarie enim genuit nos uerbo ueri
tatis. ut simus initium aliquod creaturae eius. Scitis fra
tres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo uelox ad au
diendum tardus ad loquendum et tardus ad iram
ira enim uiri iustitiam dei non operatur. Propter quod abiecti
tes omnem immundiciam et habundantiam malitie.
in mansuetudine suscipite insitum uerbum. quod potest sal
uare animas uestras. Estote autem factores uerbi et non
auditores tantum fallentes uos metipsos. quia si quis
auditor est uerbi et non factor. hic comparabitur uiro
consideranti uultum nativitatis sue in speculo. Con
sideravit enim se et abiit et statim obliuiscitur qualis
fuerit. Qui autem prospexerit in lege perfecta libertatis
et permanserit non auditor obliuiosus factus
sed factor operis. hic beatus in factis suis erit. Si quis autem
putat se religiosum esse non refrenans linguam suam
sed seducens cor suum huius uana est religio. Religio
munda et immaculata apud deum et patrem hec est. uisi
tare pupillos et uiduas in tribulatione eorum et immacu
latum se custodire ab hoc seculo. Tit
Fratres mei nolite in personarum acceptione fidem habere
domini nri ihu xpi glorie. Si enim introierit in
congregationem uestram uirum aureum anulum habentem in
ueste candida. introierit autem et pauper in sordido habitu et in
uenatis autem respiciatis eum qui indutus est ueste splendida
et dixeritis ei tu sede hic bene. pauperi autem dicatis tu sta illic
aut sede sub scabello pedum meorum. nonne iudicatis
apud uos metipsos et facti estis iudices cogitationum
iniquarum. Audite fratres mei dilectissimi. Nonne
deus elegit pauperes in hoc mundo. diuites autem in fi
de et hęredes regni quod repromisit diligentibus se. Uos
autem exhonorastis pauperem. Nonne diuites po
tentiam opprimunt uos et ipsi trahunt uos ad
iudicia. Nonne ipsi blasphemant bonum nomen
quod inuocatum est super uos. Si tamen legem perficitis
regalem secundum scripturas. diliges proximum tuum
sicut te ipsum. bene facitis. Si autem personas accipitis
peccatum operamini redarguti a lege quasi transgressores. Quicumque autem totam legem seruauerit
offendat autem in uno factus est omnium reus. Qui enim
dixit non mechabis dixit et non occides. Quod si non me
chabis occidas autem. factus es transgressor legis. Sic
loquimini et sic facite sicut per legem libertatis ma

ancoras.iiij.optabant diem fieri. Nautas uero que
rennbi fugere de nau cum submisissent scapham in
mare sub obtentu quasi incipientes a prora ancoras extē
dere. dixit paulus centurioni & militib. Nisi isti in nau ꝑ
manserint uos salui fieri non potestis. Tunc abscide
milites funes scaphe & passi sunt eam excidere. Et cū
lux inciperet fieri. rogabat paulus omnes sumere ci
bum dicens. Quarta decima die hodie expectantes je
iunij ꝑmanetis nichil accipientes. Ꝓpt̄ q̄ rogo uos
accipere cibum ꝓ salute nr̄a. quia nullius nr̄m capillus
de capite pibit. Et cum hec dixisset sumens panem grās
egit deo in conspectu omnium. Et cum fregisset cepit mandu
care. Animequiores autem facti omnes & ipi assump
serunt cibum. Eramus aut̄ uniuerse anime in nau ꝓ
ducente septuaginta sex. Et satiati cibo alleuiabant
naues iactantes triticum in mare. Cum autem dies
factus eet terram non agnoscebant sinum aut̄ quendam
p̄spiciebant habentem litus in quem cogitabant si ꝑ
sent eicere nauem. Et cum ancoras sustulissent com
mittebant se mari simul laxantes iunctiones gub
naculorum. Et leuato artemone secundum flatum
aure tenebāt litus Adrie. Et cum incidissemus in
locum bithalassium. impegerunt nauem & prora quidē
fixa manebat immobilis. puppis aut̄ solue batur a uis
marie. Militum aut̄ consilium fuit ut animas
occiderent. ne quis cum enatasset effugeret. Centurio aut̄
uolens saluare paulum prohibuit fieri. Iussitq; eos qui
possent nare. mittere se primos. & exire
ad terram ire. Et ceteros alios in tabulis ferri. quos
dam sup eas que de naui erant & sic factum ē ut oēs
animę euaderent ad terram.

XXVIII

Et cum euasissemus tunc cognouimus
quia melene insula uocabatur. Barbari uero p̄bebant
non modicam humanitatem nob. Accensa enim pyra
ri refocillabant omnes nos ꝓpter imbrem qui imminebat
& frigus. Cum congregasset autem paulus sarmentoꝝ
aliquantū & imposuisset sup ignem uipera
a calore eius egressa inuasit manum eius. Ut ergo uide
runt barbari pendentem bestiam in manu eius ad in
uicem dicebant. Vtiq; homicida ē homo hic qui cum
euaserit de mari ultio non sinit eum uiuere. Et ille
quidem excutiens bestiam in ignem nichil mali passus
est. At illi existimabant eum in modum tumefieri
& subito casurum & mortuum. Diu autem illis spe
rantibus & uidentibus nichil mali in eo fieri. conuer
tentes se dicebant eum esse deum. In locis autem illis
erant ꝓdia principis insule nomine publij qui
suscipiens nos triduo benigne hospitabatur. Contin
git autem patrem publij febribus & dysenteria uexari
iacere. Ad quem paulus intrauit. & cum orasset & im
posuisset eis manibus sanauit eum. Quo facto omnes
qui in insula habebant infirmitates accedebant &
curabantur. Qui etiam multis honoribus nos honorauerūt

& nauigantibus imposuerunt que necessaria erant. ꝙ

Post menses

XXIX

Nauem uero nauigauimus in alexandrina
que in insula hyemauerat. Cui erat insigne castorum.
Et cum uenissemus syracusas mansimus in ipis
tres dies. unde circumlegentes deuenimus regium. Et ꝑ unū
diem flante austro secunda die uenimus puteolos. ꝙ
ubi inuenimus fratres rogati sumus manere apud eos
dies. & sic uenimus romam. Et inde cum audissent fres
tres nr̄i occurrerunt nob usq; ad appi forum. & tres tabernas. Quos
cum uidisset paulus gratias agens deo accepit fiduciam.
Cum uenissemus autem romam ꝓmissum ē paulo
manere sibimet cum custodiente se
milite. Post tres autem dies conuocauit paulus
primos iudeorum. Cumq; conuenissent dicebat eis. ꝙ
Ego uiri fratres nichil aduersus plebem faciens aut
morem patrium. Vinctus ab hierosolymis tradi
tus sum in manus romanorum. Qui cum interrogatio
nem de me habuissent uoluerunt me dimittere eo q̄ nul
la causa esset mortis in me. Contradicentibus autem iu
deis coactus sum appellare cesarem non quasi gentem
meam habens aliquid accusare. Si ut libarem amorte
animam meam. Ꝓpt̄ hanc igitur causam rogaui
uos uidere & alloqui. Ꝓpt̄ spem enim israel catena hac
circumdatus sum. At illi dixerunt ad eum. Nos neq;
litteras accepimus de te a iudea nec adueniens aliquis
fratrum nuntiauit aut locutus ē quid de te malum. Ro
gamus autem te audire a te que sentis. Nam de secta
hac notum ē nob quoniam ubique ei contradicit.
Cum constituissent autem illi diem uenerunt ad eum
in hospitium plures quib. exponebat testificans reg.
gnum dei. suadensq; eis de ihu ex lege moysi & ꝓphe
a mane usq; ad uesperam. Et quidam credebant his que
dicebantur a paulo. quidam uero non credebant. Cūq;
inuicem non essent consentientes discedebant. dicente ꝑ
paulo unum uerbum quia bene spe sanctus locutus est
per ysaiam ꝓphetam patribus nr̄is. Vade ad populum istum & dic ad
eos. Aure audietis & non intelligetis. & uidentes uidebi
tis & non p̄spicietis. Incrassatum ē enim cor populi huius
& auribus grauiter audierunt. & oculos suos clauserūt.
ne forte uideant oculis & auribus audiant. & corde intel
ligant & conuertantur & sanem illos. Notum ergo sit ꝙ
uobis quoniam gentibus missum ē hoc saluare deum. & ipsi
audient. Et cum hec locutus esset abierunt multam ꝑ
se habentes inquisitionem. Annus aut̄ bienno
toto in suo conducto & suscipiebat omnes qui ingredie
bantur ad eum. predicans regnum dei
& docens ea que sunt de domino ihu xp̄o. cum omni fiducia sine
ulla prohibitione.

Explicit liber actuum apostolorum

Incipit epistola pauli ad romanos.

Paulus seruus ihu xp̄i uocatus apostolus. segre
gatus in euangelium dei. quod ante promisit per
prophetas suos in scripturis sanctis. de filio suo qui
factus est ei ex semine dauid secundum carnem. qui
praedestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum
sanctificationis ex resurrectione mortuorum. ihu xp̄i domini nr̄i.
per quem accepimus gratiam & apostolatum ad obedien
dum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. in quibus
estis & uos uocati ihu xp̄i. omnibus qui sunt rome dilectis
dei uocatis sanctis. gratia uobis & pax a deo patre nr̄o & domino
ihu xp̄o. Primum quidem gratias ago deo meo per ihu xp̄m
pro omnibus uobis. quia fides uestra annuntiatur in uniuer
so mundo. Testis enim mihi est deus cui seruio in spiritu meo
in euangelio filii eius. quod sine intermissione memoriam
uestri faciam semper in orationibus meis. obsecrans si quo
modo tandem aliquando prosperum iter habeam in uoluntate
dei ueniendi ad uos. Desidero enim uidere uos ut aliquid im
partiar gratie uestre spiritualis ad confirmandos uos. id est
simul consolari in uobis per eam que inuicem est fidem uestram
atque meam. Nolo autem uos ignorare fratres quia sepe pro
posui uenire ad uos. & prohibitus sum usque adhuc. ut aliquem
fructum habeam & in uobis sicut & in ceteris gentibus. Grecis
ac barbaris. sapientibus & insipientibus debitor sum. Ita quod
meum est promptum & uobis qui romae estis euangelizare.
Non enim erubesco euangelium. Virtus enim dei est in salutem
omni credenti. iudeo primum & greco. Iustitia enim dei in eo
revelatur ex fide in fidem. sicut scriptum est. Iustus autem ex
fide uiuit. Revelatur enim ira dei de celo super omnem impie
tatem & iniustitiam hominum eorum qui ueritatem dei in iniu
stitia detinent. Quia quod notum est dei manifestum est in illis.
deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura
mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. sempi
terna quoque eius uirtus & divinitas. ita ut sint inexcusabiles.
Propterea quod cum cognouissent deum non sicut deum glorifi
cauerunt aut gratias egerunt. sed euanuerunt in cogitationibus
suis. & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim esse
sapientes stulti facti sunt. & mutauerunt gloriam incorrupti
bilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. &
uolucrum & quadrupedum & serpentium. Propter quod tradi
dit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam. ut
contumelias faciant corporibus suis in semetipsis. qui com
mutauerunt ueritatem dei in mendacium. & colerunt & ser
uierunt creature potius quam creatori. qui est benedictus in
secula amen. Propterea tradidit illos deus in passiones ignomi
nie. Nam feminę eorum immutauerunt naturalem usum in
eum usum qui contra naturam est. Similiter autem & masculi
relicto naturali usu feminę exarserunt in desideriis suis in
uicem masculi in masculos turpitudinem operantes. & mer
cedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes.
Et sicut non probauerunt deum habere in notitia tradidit illos
deus in reprobum sensum. ut faciant ea que non conueniunt.
repletos omni iniquitate malitia fornicatione auaritia nequi
tia. plenos inuidia homicidio contentione dolo malignitate.
susurrones detractores deo odibiles contumeliosos superbos
elatos inuentores malorum parentibus non obedientes. insen
satos incompositos sine affectione sine fedo sine misericordia.
Qui cum iustitiam dei cognouissent non intellexerunt quo
niam qui talia agunt digni sunt morte. non solum qui ea fa
ciunt sed etiam qui consentiunt facientibus. Propterea inex
cusabilis es o homo omnis qui iudicas. in quo enim alterum
iudicas teipsum condemnas. eadem enim agis quę iudicas.
Scimus autem quoniam iudicium dei est secundum ueritatem
in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo qui iudi
cas eos qui talia agunt & facis ea quia tu effugies iudicium
dei. An diuitias bonitatis eius & patientie & longanimitatis
contemnis. ignorans quia benignitas dei ad penitentiam te
adducit. Secundum autem duritiam tuam & impenitens cor
thesaurizas tibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicii dei.
Qui reddet unicuique secundum opera sua. his quidem qui
secundum patientiam boni operis gloriam & honorem & in
corruptionem querentibus uitam eternam. Iis autem qui ex
contentione sunt & qui non acquiescunt ueritati credere autem
iniquitati ira & indignatio. tribulatio & angustia in omnem
animam hominis operantis malum. iudei primum & greci.
Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum. iudeo
primum & greco. Non enim est personarum acceptio apud
deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt sine lege & pe
ribunt. & quicumque in lege peccauerunt per legem iudicabun
tur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum. sed factores
legis iustificabuntur. Cum enim gentes que legem non habent
naturaliter ea que legis sunt faciunt. eiusmodi legem non habentes
ipsi sibi sunt lex. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus
suis. testimonium reddente illis conscientia ipsorum & inter
uicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus.
In die cum iudicabit deus occulta hominum secundum euange
lium meum per ihu xp̄m. Ecce tu iudeus cognominaris & requie
scis in lege & gloriaris in deo. & nosti uoluntatem eius & pro
bas utiliora instructus per legem. Confidis teipsum duca
torem esse cecorum lumen eorum qui in tenebris sunt. doctorem
insipientium magistrum infantium habentem formam scientie
& ueritatis in lege. Qui ergo alium docens te ipsum non do
ces. qui predicas non furandum furaris. qui dicis non moe
chandum moecharis. qui abominaris idola sacrilegium facis.
qui in lege gloriaris per preuaricationem legis deum inhonorat.
Nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes sicut scrip
tum est. Circumcisio quidem prodest si legem custodias. Si
autem preuaricator legis es circumcisio tua preputium facta
est. Si ergo preputium legem seruet nonne preputium illius
in circumcisionem reputabitur. Et iudicabit id quod ex natura
est preputium legem consummans te qui per litteram & cir
cumcisionem preuaricator legis es. Non enim qui in manifesto
iudeus est neque quę in manifesto in carne est circumcisio.
Sed qui in abscondito iudeus est & circumcisio cordis in spiritu
non littera cuius laus non ex hominibus sed ex deo est. Quid
ergo amplius iudeo est aut quę utilitas circumcisionis. Multum
per omnem modum. Primum quidem quia credita sunt illis
eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt.
numquid incredulitas illorum fidem dei euacuabit. Absit.
Est autem deus uerax omnis autem homo mendax. sicut scrip
tum est. Ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudi
caris. Si autem iniquitas nr̄a iustitiam dei commendat quid
dicemus. Numquid iniquus deus qui inducit iram. Secundum
hominem dico. Absit. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc
mundum. Si enim ueritas dei in meo mendacio abundauit in
gloriam ipsius. quid adhuc & ego tamquam peccator iudicor.
Et non sicut blasphemamur & sicut aiunt quidam nos dicere
quod faciamus mala ut ueniant bona. quorum damnatio iusta
est. Quid ergo. Precellimus eos. Nequaquam. Causati enim
sumus iudeos & gentiles omnes peccato esse. sicut scriptum est.
Quia non est iustus quisquam non est intelligens non est requi
rens deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt non
est qui faciat bonum non est usque ad unum. Sepulchrum pa
tens est guttur eorum linguis suis dolose agebant. uenenum
aspidum sub labiis eorum. quorum os maledictione & amaritu
dine plenum est. Velocia pedes eorum ad effundendum san
guinem. contritio & infelicitas in uiis eorum. & uiam pacis non
cognouerunt. non est timor dei ante oculos eorum. Scimus
autem quoniam quecumque lex loquitur his qui in lege sunt
loquitur. ut omne os obstruatur & subditus fiat omnis mundus
deo. Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro co
ram illo. per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine
lege iustitia dei manifestata est testificata a lege & prophetis.
Iustitia autem dei per fidem ihu xp̄i in omnes & super omnes
qui credunt in eum. non enim est distinctio. Omnes enim pec
cauerunt & egent gloria dei. iustificati gratis per gratiam ipsius
per redemptionem que est in xp̄o ihu. quem proposuit deus pro
pitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iusti
tie suę propter remissionem precedentium delictorum in sus
tentatione dei. ad ostensionem iustitie eius in hoc tempore. ut
sit ipse iustus & iustificans eum qui est ex fide ihu xp̄i. Vbi
est ergo gloriatio tua. exclusa est. Per quam legem factorum.
non sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem
per fidem sine operibus legis. Aut iudeorum deus est tantum.
nonne & gentium. Immo & gentium. Quoniam quidem unus
deus qui iustificat circumcisionem ex fide & preputium per fi
dem. Legem ergo destruimus per fidem. Absit. sed legem sta
bilimus. Quid ergo dicemus abraham inuenisse patrem nr̄m
secundum carnem. Si enim abraham ex operibus iustificatus
est habet gloriam sed non apud deum. Quid enim scriptura
dicit. Credidit abraham deo & reputatum est illi ad iustitiam.
Ei autem qui operatur merces non imputatur secundum gra
tiam sed secundum debitum. Ei autem qui non operatur credit
autem in eum qui iustificat impium reputatur fides eius ad
iustitiam secundum propositum gratie dei. Sicut & dauid dicit
beatitudinem hominis cui deus accepto fert iustitiam sine
operibus. Beati quorum remisse sunt iniquitates & quorum
tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus
peccatum. Beatitudo ergo hec in circumcisione manet an &
in preputio. Dicimus enim fidem abrahe reputatam esse ad
iustitiam. Quomodo ergo reputata est in circumcisione an in
preputio. Non in circumcisione sed in preputio. Et signum
accepit circumcisionis signaculum iustitie fidei que est in pre
putio. ut sit pater omnium credentium per preputium. ut re
putetur & illis ad iustitiam. & sit pater circumcisionis non
his tantum qui sunt ex circumcisione sed & his qui sectantur
uestigia fidei que est in preputio patris nr̄i abrahe. Non enim
per legem promissio abrahe aut semini eius ut heres esset mun
di. sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege heredes sunt
exinanita est fides. euacuata est promissio. Lex enim iram
operatur. Nam ubi non est lex nec preuaricatio. Propterea ex
fide ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini non
ei qui ex lege est tantum sed & ei qui ex fide est abrahe qui est
pater omnium nr̄m. sicut scriptum est quia patrem multarum
gentium posui te. Ante deum cui credidit deum qui uiuificat
mortuos & uocat ea que non sunt tamquam sint. Qui contra
spem in spem credidit ut fieret pater multarum gentium se
cundum quod dictum est. Sic erit semen tuum. Et non infir
matus est fide nec consyderauit corpus suum iam emortuum
cum fere centum annorum esset. & emortuam uuluam sarre.
In repromissione quoque dei non hesitauit diffidentia sed con
firmatus est fide dans gloriam deo. plenissime sciens quia quę
promisit potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iu
stitiam. Non scripta sunt autem propter illum tantum quia re
putatum est illi ad iustitiam. sed & propter nos quibus reputa
bitur credentibus in eum qui suscitauit ihm dominum nr̄m a
mortuis. qui traditus est propter delicta nr̄a & resurrexit pro
pter iustificationem nr̄am. Iustificati ergo ex fide pacem habe
amus ad deum per dominum nr̄m ihm xp̄m. per quem & habe
mus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus & glo
riamur in spe gloriae filiorum dei. Non solum autem sed & glo
riamur in tribulationibus scientes quod tribulatio patientiam
operatur. patientia autem probationem. probatio uero spem.
spes autem non confundit. quia caritas dei diffusa est in cordi
bus nr̄is per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ut quid
enim xp̄s cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro
impiis mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur nam pro
bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem caritatem
suam deus in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus
xp̄s pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nunc iustifi
cati in sanguine ipsius saluabimur ab ira per ipsum. Si enim
cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii
eius multo magis reconciliati saluabimur in uita ipsius. Non
solum autem sed & gloriantes in deo per dominum nr̄m ihm
xp̄m per quem nunc reconciliationem accepimus. Propterea
sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intra
uit & per peccatum mors. & ita in omnes homines mors per
transiit in quo omnes peccauerunt. Usque ad legem enim pec
catum erat in mundo. peccatum autem non imputabatur cum
lex non esset. Sed regnauit mors ab adam usque ad moysen
etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem preuarica
tionis adam qui est forma futuri. Sed non sicut delictum ita
& donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt multo
magis gratia dei & donum in gratia unius hominis ihu xp̄i in
abundauit in plures. Et non sicut per unum peccatum ita &
donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem.
gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim unius
delicto mors regnauit per unum multo magis abundantiam
gratie & donationis & iustitie accipientes in uita regnabunt
per unum ihm xp̄m. Igitur sicut per unius delictum in omnes
homines in condemnationem. ita & per unius iustitiam in omnes
homines in iustificationem uite. Sicut enim per inobedientiam
unius hominis peccatores constituti sunt multi. ita & per unius
obedientiam iusti constituentur multi. Lex autem subintrauit
ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum super
abundauit gratia. ut sicut regnauit peccatum in morte ita &
gratia regnet per iustitiam in uitam eternam per ihm xp̄m
dominum nr̄m. Quid ergo dicemus. Permanebimus in peccato
ut gratia abundet. Absit. Qui enim mortui sumus peccato
quomodo adhuc uiuemus in illo. An ignoratis fratres. Scien
tibus enim legem loquor. quia lex in homine dominatur quam
diu uiuit. Nam quę sub uiro est mulier uiuente uiro alligata
est legi. Si autem mortuus fuerit uir eius soluta est a lege uiri.
Igitur uiuente uiro uocabitur adultera si fuerit cum alio uiro.
Si autem mortuus fuerit uir eius liberata est a lege uiri. ut non
sit adultera si fuerit cum alio uiro. Itaque fratres mei & uos
mortificati estis legi per corpus xp̄i ihu. ut sitis alterius qui ex
mortuis resurrexit. ut fructificemus deo. Cum enim essemus
in carne passiones peccatorum que per legem erant operabantur
in membris nr̄is ad fructificandum morti. Nunc autem soluti
sumus a lege mortis in qua detinebamur. ut seruiamus in no
uitate spiritus & non in uetustate litteree. Quid ergo dicemus.
Lex peccatum est. Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per
legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret. Non
concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum
operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim
peccatum mortuum erat. Ego autem uiuebam sine lege aliquan
do. Sed cum uenisset mandatum peccatum reuixit. Ego autem
mortuus sum. Et inuentum est mihi mandatum quod erat ad
uitam hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta
per mandatum seduxit me & per illud occidit. Itaque lex quidem
sancta & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo
bonum est mihi factum est mors. Absit. Sed peccatum ut ap
pareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem. ut fiat
supra modum peccator peccatum per mandatum. Scimus enim
quia lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum uenundatus
sub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod
uolo bonum hoc ago. sed quod odi malum illud facio. Si autem
quod nolo illud facio consentio legi quoniam bona est. Nunc
autem iam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum.
Scio enim quia non habitat in me hoc est in carne mea bonum.
Nam uelle adiacet mihi non autem perficere bonum. Non enim
quod uolo bonum hoc ago. sed malum quod nolo hoc facio. Si
autem quod nolo illud facio iam non ego operor illud sed quod
habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem uolenti mihi
facere bonum. quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim
legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam
legem in membris meis repugnantem legi mentis mee & captiuan
tem me in lege peccati que est in membris meis. Infelix ego
homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Gratia dei per
ihm xp̄m dominum nr̄m. Igitur ego ipse mente seruio legi dei
carne autem legi peccati. Nichil ergo nunc damnationis est his
qui sunt in xp̄o ihu. qui non secundum carnem ambulant sed
secundum spiritum. Lex enim spiritus uite in xp̄o ihu liberauit
me a lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi in
quo infirmabatur per carnem. deus filium suum mittens in si
militudinem carnis peccati & de peccato damnauit peccatum
in carne. ut iustificatio legis impleretur in nobis qui non secun
dum carnem ambulamus sed secundum spiritum. Qui enim
secundum carnem sunt que carnis sapiunt. Qui autem secun
dum spiritum sunt que spiritus sapiunt. Nam prudentia carnis
mors est. prudentia autem spiritus uita & pax. Quoniam sa
pientia carnis inimica est in deum. legi enim dei non est subiecta
nec enim potest. Qui autem in carne sunt deo placere non pos
sunt. Vos autem non estis in carne sed in spiritu. si tamen spi
ritus dei habitat in uobis. Si quis autem spiritum xp̄i non habet
hic non est eius. Si autem xp̄s in uobis corpus quidem mortuum
est propter peccatum. spiritus autem uita propter iustificationem.
Quod si spiritus eius qui suscitauit ihm a mortuis habitat in
uobis. qui suscitauit ihm a mortuis uiuificabit & mortalia cor
pora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Ita
que fratres debitores sumus non carni ut secundum carnem
uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis moriemini. Si
autem spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Quicumque
enim spiritu dei aguntur hi filii dei sunt. Non enim accepistis
spiritum seruitutis iterum in timore. sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Ipse enim
spiritus testimonium reddit spiritui nr̄o quod sumus filii dei.
Si autem filii & heredes. heredes quidem dei coheredes autem
xp̄i. Si tamen compatimur ut & conglorificemur. Existimo enim
quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram
gloriam que reuelabitur in nobis. Nam exspectatio creature
reuelationem filiorum dei exspectat. Vanitati enim creatura
subiecta est non uolens sed propter eum qui subiecit eam in spe
quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in
libertatem gloriae filiorum dei. Scimus enim quod omnis crea
tura ingemiscit & parturit usque adhuc. Non solum autem illa
sed & nos ipsi primitias spiritus habentes & ipsi intra nos ge
mimus adoptionem filiorum dei exspectantes redemptionem
corporis nr̄i. Spe enim salui facti sumus. Spes autem non est
spes. Nam quod uidet quis quid sperat. Quod autem non uide
mus speramus per patientiam exspectamus. Similiter autem
& spiritus adiuuat infirmitatem nr̄am. Nam quid oremus sicut
oportet nescimus. sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus
inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda scit quid desideret
spiritus quia secundum deum postulat pro sanctis. Scimus au
tem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.
his qui secundum propositum uocati sunt sanctis. Quos enim
presciuit & predestinauit conformes fieri imaginis filii eius ut
sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem predesti
nauit hos & uocauit. Et quos uocauit hos & iustificauit. Quos
autem iustificauit illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad
hec. Si deus pro nobis quis contra nos. Qui etiam proprio filio
suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo
non etiam cum illo omnia nobis donauit. Quis accusabit ad
uersus electos dei. Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet.
xp̄s ihs qui mortuus est. imo qui & resurrexit. qui est ad dexte
ram dei qui etiam interpellat pro nobis. Quis nos separabit a
caritate xp̄i. tribulatio an angustia an fames an nuditas an
periculum an persecutio an gladius. Sicut scriptum est quia
propter te mortificamur tota die. estimati sumus sicut oues
occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui di
lexit nos. Certus sum enim quia neque mors neque uita neque
angeli neque principatus neque uirtutes neque instantia neque
futura neque fortitudo neque altitudo neque profundum neque
creatura alia poterit nos separare a caritate dei que est in xp̄o
ihu domino nr̄o. Veritatem dico in xp̄o non mentior testimo
nium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto. quo
niam tristitia mihi est magna & continuus dolor cordi meo.
Optabam enim ego ipse anathema esse a xp̄o pro fratribus meis
qui sunt cognati mei secundum carnem. qui sunt israelite. quo
rum adoptio filiorum & gloria & testamentum & legislatio &
obsequium & promissa. quorum patres & ex quibus xp̄s secun
dum carnem. qui est super omnia deus benedictus in secula
amen. Non autem quod exciderit uerbum dei. Non enim omnes
qui ex israel hi israelite. neque qui semen sunt abrahe omnes
filii. sed in isaac uocabitur tibi semen. Id est non qui filii carnis
hi filii dei. sed qui filii sunt promissionis deputantur in semine.
Promissionis enim uerbum est secundum hoc tempus ueniam
& erit sarre filio. Non solum autem illa sed & rebecca ex uno
concubitum habens ex isaac patre nr̄o. Cum enim nondum nati
fuissent aut egissent aliquid boni aut mali ut secundum electio
nem propositum dei manens non ex operibus sed ex uocante
dictum est ei quia maior seruiet minori. Sicut scriptum est
iacob dilexi esau autem odio habui. Quid ergo dicemus. Nu
numquid iniquitas apud deum. Absit. Moysi enim dicit. Mise
rebor cui misereor & miserebitur quem miserit. Igitur non
uolentis neque currentis sed miserentis est dei. Dicit enim scrip
tura pharaoni quia in hoc ipsum excitauit te ut ostendam in te
uirtutem meam & ut annuntietur nomen meum in uniuersa
terra. Igitur cui uult misereatur & quem uult indurat. Dices
ergo mihi. Quid adhuc conqueritur. Voluntati enim eius quis
resistit. O homo tu quidem quis es qui respondeas deo. Numquid
dicit figmentum ei qui finxit. Quare fecisti me sic. Aut non
habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem
uas in honorem aliud uero in contumeliam. Quod si deus uolens
ostendere iram & notam facere potentiam suam sustinuit in
multa patientia uasa ire aptata in interitum. ut ostenderet di
uitias gloriae sue in uasa misericordie que preparauit in gloriam.
Quos & uocauit nos non solum ex iudeis sed & ex gentibus.
Sicut in osee dicit. Vocabo non plebem meam plebem meam &
non dilectam dilectam. & non misericordiam consecutam mi
sericordiam consecutam. Et erit in loco ubi dictum est eis non
plebs mea uos ibi uocabuntur filii dei uiuentis. Esaias autem
clamat pro israel. Si fuerit numerus filiorum israel tamquam
arena maris reliquie saluę fient. Consummans enim & abbre
uians sermonem in iustitia quia sermonem breuiatum faciet
dominus super terram. Et sicut predixit esaias. Nisi dominus
sabaoth reliquisset nobis semen sicut sodoma fuissemus & sicut
gomorra similes facti essemus. Quid ergo dicemus. Quia gentes
que non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam iusti
tiam autem que ex fide est. Israel autem sectando legem iusti
tie in legem iustitie non peruenit. Quare quia non ex fide sed
quasi ex operibus legis. Offenderunt enim in lapidem offensio
nis. sicut scriptum est. Ecce pono in sion lapidem offensionis &
petram scandali. & qui credit in eum non confundetur. Fratres
uoluntas quidem cordis mei & obsecratio ad deum fit pro illis
in salutem. Testimonium enim perhibeo illis quod emulationem
dei habent sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei
iustitiam & suam iustitiam querentes statuere iustitie dei non
sunt subiecti. Finis enim legis xp̄s ad iustitiam omni credenti.
Moyses enim scripsit quoniam iustitiam que ex lege est qui fe
cerit homo uiuet in ea. Que autem ex fide iustitia sic dicit. Ne
dixeris in corde tuo quis ascendet in celum hoc est xp̄m deducere.
aut quis descendet in abyssum hoc est a mortuis xp̄m reuocare.
Sed quid dicit. Prope est uerbum in ore tuo & in corde tuo hoc
est uerbum fidei quod predicamus. Quia si confessus fueris in
ore tuo dominum ihm & in corde tuo credideris quod deus illum
suscitauit a mortuis saluus eris. Corde enim creditur ad iusti
tiam ore autem confessio fit ad saluationem. Dicit enim scrip
tura omnis qui credit in eum non confundetur. Non enim est
distinctio iudei & greci. nam idem dominus omnium diues in
omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicumque inuocauerit
nomen domini saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem
non crediderunt. aut quomodo credent ei quem non audierunt.
quomodo autem audient sine predicante. quomodo predicabunt
nisi mittantur. sicut scriptum est quam speciosi pedes euange
lizantium pacem euangelizantium bona. Sed non omnes obe
diunt euangelio. Esaias enim dicit domine quis credidit auditui
nostro. Ergo fides ex auditu. auditus autem per uerbum xp̄i.
Sed dico numquid non audierunt. Quidem in omnem terram
exiuit sonus eorum & in fines orbis terre uerba eorum. Sed
dico numquid israel non cognouit. Primus moyses dicit. Ego
ad emulationem uos adducam in non gentem in gentem stulte
uos prouocabo. Esaias autem audet & dicit inuentus sum a non
querentibus me manifestus factus sum non interrogantibus me.
Ad israel autem dicit. Tota die expandi manus meas ad populum
non credentem & contradicentem mihi. Dico ergo numquid
repulit deus populum suum. Absit. Nam & ego israelita sum
ex semine abrahe tribu beniamin. Non repulit deus populum
suum quem ante cognouit. An nescitis in helia quid dicit scrip
tura quemadmodum interpellat deum aduersus israel. Domine
prophetas tuos occiderunt altaria tua suffoderunt & ego relictus
sum solus & quęrunt animam meam. Sed quid dicit illi diui
num responsum. Reliqui mihi septem milia uirorum qui non
curuauerunt genu ante baal. Ita ergo & in hoc tempore reliquie
secundum electionem gratie saluę facte sunt. Si autem gratia
iam non ex operibus alioquin gratia iam non est gratia. Quid
ergo. Quod quęrit israel hoc non est consecutus electio autem
consecuta est. Ceteri uero excecati sunt. Sicut scriptum est.
Deus dedit eis spiritum compunctionis oculos ut non uideant
& aures ut non audiant usque in hodiernum diem. Et dauid
dicit. Fiat mensa eorum in laqueum & in captionem & in scan
dalum & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne
uideant & dorsum illorum semper incurua. Dico ergo numquid
sic offenderunt ut cadant. Absit. Sed illorum delicto saluatio
gentibus ut illos emulentur. Quod si delictum illorum diuitie
sunt mundi & diminutio eorum diuitie gentium quanto magis
plenitudo eorum. Vobis autem dico gentibus. Quamdiu quidem
ego sum gentium apostolus ministerium meum honorificabo.
si quo modo ad emulandum prouocem carnem meam & saluos
faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est
mundi quę assumptio nisi uita ex mortuis. Si autem delibatio
sancta est & massa. Et si radix sancta & rami. Si autem quidam
ramorum fracti sunt tu autem cum oleaster esses insertus es in
illis & socius radicis & pinguedinis olee factus es noli gloriari
non gloriari. Non tu radicem portas sed radix te. Dices ergo
fracti sunt rami ut ego inserar. Bene. Incredulitate fracti sunt
tu autem fide stas. Noli altum sapere sed time. Si enim deus
naturalibus ramis non pepercit ne forte nec tibi parcat. Vide
ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt
seueritatem. In te autem bonitatem dei si permaneris in bonita
te alioquin & tu excideris. Sed & illi si non permanserint in
incredulitate inserentur. Potens est enim deus iterum inserere
illos. Nam si tu ex oleastro excisus es natura & contra naturam
insertus es in bonam olliuam quanto magis hi qui secundum
naturam inserentur suę olliue. Non enim uolo uos fratres igno
rare mysterium hoc ut non sitis uobis ipsis prudentes quia cecitas
ex parte in israel fit donec plenitudo gentium intret & sic omnis
israel saluus fieret. Sicut scriptum est. Veniet de sion qui eripiat
& auertat impietates ab iacob. Et hoc illis a me testamentum
cum abstulero peccata eorum. Secundum euangelium quidem
inimici propter uos. Secundum electionem autem dilectissimi
propter patres. Sine penitentia enim sunt dona & uocatio dei.
Sicut enim aliquando & uos non credidistis deo nunc autem
misericordiam consecuti estis propter incredulitatem horum.
ita & isti nunc non credunt in uestram misericordiam ut & ipsi
misericordiam consequantur. Conclusit enim deus omnia in
incredulitate ut omnium misereatur. O altitudo diuitiarum
sapientie & scientie dei. Quam incomprehensibilia sunt iudicia
eius & inuestigabiles uie eius. Quis enim cognouit sensum do
mini aut quis consiliarius eius fuit. aut quis prior dedit illi &
retribuetur ei. Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt
omnia ipsi gloria in secula amen. Obsecro igitur uos fratres
per misericordiam dei ut exhibeatis corpora uestra hostiam
uiuentem sanctam deo placentem rationabile obsequium uestrum.
Et nolite conformari huic seculo sed reformamini in nouitate
sensus uestri ad probandum quid sit uoluntas dei bona & be
neplacens & perfecta. Dico enim per gratiam que data est mihi
omnibus qui sunt inter uos non plus sapere quam oportet sapere
sed sapere ad sobrietatem & unicuique sicut deus diuisit mensu
ram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus
omnia autem membra non eundem actum habent. ita multi
unum corpus sumus in xp̄o. Singuli autem alter alterius mem
bra habentes donationes uero secundum gratiam que data est
nobis differentes. Siue prophetiam secundum rationem fidei.
siue ministerium in ministrando siue qui docet in doctrina.
qui exh

VELLUM LEAF FROM AN ILLUMINATED MEDIEVAL MANUSCRIPT

GERMANY; Middle XIIIth Century Latin Text; Angular Gothic Script

Psalter

(Psalterium)

FROM THE COLLECTION OF OTTO F. EGE

The line endings of a fish, elongated or shortened as the space required, and the grinning expression on the fish emblem have in some book circles given these German Psalters the nickname "Laughing Carp" Psalters. The fish, as is well known, was one of the earliest and most common symbols for Christ. An early acrostic, IESOUS CHRISTOS THEOU HUIOS SOTER (Jesus Christ, Son of God, Savior), is based on the letters in the Greek word for fish, ICHTHUS. The lozenge heads on top of many of the vertical pen strokes are characteristic of German manuscripts.

Alleuiat dominus omnes qui corruunt:
& erigit omnes elisos.
Oculi omnium in te spāt dñe: & tu das escā
illorum in tempore opportuno.
Aperis tu manum tuam: & imples omne
animal benedictione.
Iustus dominus in omnibꝫ uijs suis: &
scs in omnibꝫ opibꝫ suis.
Prope est dominus omnibꝫ inuocantibꝫ
eum: omnibꝫ inuocantibꝫ eum in
ueritate.
Voluntatem timentium se faciet: & de
precationem eorum exaudiet: & sal
uos faciet eos.
Custodit dominus omnes diligentes
se: & omnes peccatores disperdet.
Laudationem dñi loquetur os meum:
& benedicat omnis caro nomini scō ei⁹:
in sclm & in sclm scli.
Lauda anima mea dominum:

: laudabo dominum in vita mea: psallã
deo meo qm̃ diu fuero.
Nolite confidere in principibꝰ: in filiis ho
minum in quibꝰ non est salus.
Exibit spiritus eius: et revertet̃ in terrã
suam: in illa die peribunt omnes co
gitationes eorum.
Beatus cuius deus iacob adiutor eius:
spes eius in dño deo ipsius: qui fe
cit cœlum et̃ terram mare et omnia que
in eis sunt.
Qui custodit veritatem in sẽcl̃m: facit
iudicium in iniuriam patientibꝰ:
dat escam esurientibꝰ.
Dominus solvit compedituos: dominꝰ
illuminat cecos.
Dominus erigit elisos: dominus di
ligit iustos. Gl̃ia pat.
Dominus custodit advenas: pupillũ
et viduam suscipiet: et vias peccatorum

VELLUM LEAF FROM A MEDIEVAL MANUSCRIPT

ITALY; Middle XIIIth Century — Latin Text; *Rotunda* Gothic Script

Bible

(Biblia Sacra Latina, Versio Vulgata)

FROM THE COLLECTION OF OTTO F. EGE

In 1217, St. Dominic, the founder of the order which bears his name, withdrew from France and settled in Italy. Here, in the next four and last years of his life, he founded sixty more chapters of the Dominican order. Many of the younger members of the order studied at the University of Bologna and, while there, produced a great number of these small portable Bibles, just as did their brothers at the University of Paris in France and the University of Oxford in England.

There was a difference in the art of the scriptoria in the various countries. In England and France the ideal of craftsmanship was very high, while at this time, in Italy, a rather casual attitude prevailed. In the XIIIth century Italy was distraught by the long struggle between the papal and anti-imperialistic Guelphs and the autocratic and imperialistic Ghibellines. Little encouragement was given by either party to the arts. This leaf reveals, however, the skill and keen eyesight which were necessary for the writing of ten of these lines to the inch.

luis mīſ cor meum et mānib; meis adhesit
macula ſcelerum et alius cum essem et pin
gēi os mea et audiectum. Si decepit cor
meum ſup; mulierē et si ad hostium a
mici mei insidiatus sum. ſcorum sit
alīus uxor mea. et sup illam incuruē
tur alii. Hoc enī nefas est et iniquitas
maxima. Ignis est usq; ad perditionē
ptionē deuorans et omnia eradicans
genimina. Si contempsi subire iudiciū
cum seruo meo. et ancille mee cum dis
ceptarēt adūsum me. Quid enī faciam
cum surrexerit ad iudicandum deus?
Et cū quesierit quid respondebo illi? -Cum
quit nō in utero fecit me qui et illum
opatus est et formauit me in vulua
rimis. Si negaui quid uoluerunt paupib;
et oculos uidue expectare feci. Si comes
di buccellam meam solus. et nō com
edit pupillus ex ea. Quia ab infantia mā
creuit mecū misericordia et de utero matris
mee egressa est mecū. Si despexi pereū
tē eo q nō habuit indumentum et ab
sq; operimento pauperem. Si nō benedixerūt
mi latera eius et de uellere agnoꝝ; eius
ac calefactus est. Si leuaui sup pupillū
manū meā etiam cum uiderem me in
portam supiorem humerus mis auul
sus a cubito. et brachium meū cum
suis ossib; confringatur. Semp enī
timui deū sicut tumultū eius ferre nō potui. Si puta
ui aurum robur meū. et obrizo dixi fi
ducia mea. Si letatus sum sup multis
diuitiis meis et quia plurima reperit
manus mea. Si uidi solem cum fulgēt
et lunā incedentē clare et letatum est
in abscondito cor meū et osculatus sum
manū meā ore meo. Que est iniquitas
maxima et negatio contra deū altissimū;
Si gauisus sum ad ruinā eius qui me
oderat. et exultaui q me inuenit malū
malum. -Non enī dedit ad peccandum
guttur meū ut exposcerem maledictē
ans eius. Si non dixerūt uiri tabernā
culi mei quis det de carnib; eius ut satu
remur? -Foris nō mansit peregrinus.
hostiū meū ianuas patuit. Si abscondi
qī hō peccatum meum et celaui in sinu
meo iniquitatē meā. Si expaui admul'
titudinē diuitiarum. et despectio propin
quum terruit me. et nō magis tacui nec
egressus sum hostium. quis mihi tribuat
auditorem ut desiderium meum om
nipotēs audiat? et librum scribat
qui iudicat ut in humero meo por
tem illum et circūdē illum q coronā
mi? p singulos gradus meos pnūcia
bo illum et q principi offeram eum. Si
aduersum me terra mea clamat. et cum
qua sulci eius deflent. Si fructus eā
comedi absq; pecunia. et animam agricol
as eius afflixi. p frumento oriatur mi
hi tribulus et p hordeo spina.

Defecerūt aūt sermones iob respondere
iob. eo q uirtus sibi uideretur. Et i
ratus indignatus q; heliu filius barach
hel buzites de cognatione ram. Iratus
est aūt aduersus iob eo q iustū se di
ceret coram. Et aduersum amicos
eius indignatus est eo q nō inuenissent
responsionē rationabilem. Et; tm nō con
tempnasset iob. Igitur helihu expectauit
iob loquentem eo q seniores essent qui lo
quebantur. Cum aūt uidisset q responde
re nō potuissent. iratus est uehemēter.
-Respondensq; helihu filius barachel bu
zites dixit. Junior sum tpe. uos aūt an
tiquiores. Ideo timens retuli caput meum
sum indicare uobis meam sciam.
Expectabam enī q etate plures loquerent
et annos multitudo docēt sapientiam.
Et; ut uideo ips est in hoīb; et inspiratio
omnipotentis dat intelligentiam. Non
sunt longeui sapientes nec senes intel
ligūt iudicium. Ideo dicam audite me.
ostendam uobis etiam ego meam sentē
tiam. Expectaui enī sermones uos audi
ui prudentiam uram donec discepta
tio sermonib; Et donec putabam uos ali
quid dicere considerabam. Et; ut uidi
nō est qui arguere possit iob et respon
dere ex uobis sermonib; eius. -Ne forte di
catis inuenimus sapientiam. deus proicit
eum nō hō. -Michil locutus est mihi. et ego
nō secundum uōs sermones respondebo illi.
Expauerūt et nō respondērūt ulterius. Ab
stulerūtq; ab eis eloquia. Quā igitur ex
pectaui et nō sunt locuti steterunt et nō
responderūt ultra. -Respondebo et ego

XXXII

VELLUM LEAF FROM AN ILLUMINATED MEDIEVAL MANUSCRIPT

FRANCE; Middle XIIIth Century — Latin Text; Angular Gothic Script

Psalter

(Psalterium)

FROM THE COLLECTION OF OTTO F. EGE

This small Psalter leaf illustrates the fact that, although skilled scribes were available in many monasteries in the XIIIth century, some of the monks who attempted to apply and burnish the gold leaf were still struggling with many problems of illumination. The famous treatise *De Arte Illuminandi* and Cennino Cennini's *Trattato* were both of later date. These works gave directions on how to prepare and use the glair of egg, Armenian bole, stag-horn glue, and hare's foot, and on how to burnish the gold with a suitable wolf's tooth. These books might not have been too helpful, however, for the author of the *De Arte Illuminandi* adds, "Since experience is worth more in all this than written documents, I am not taking any special pains to explain what I mean."

Deus salutis meæ: in die
clamaui et nocte coram te.
Intret in conspectu tuo oratio
mea: inclina aurē tuā ad p̄cem meā.
Quia repleta est malis anima mea: et
uita mea inferno appropinquauit.
Estimatus sum cū descendentibus in
lacum: factus sum sicut homo sine
adiutorio inter mortuos liber.
Sicut uulnerati dormientes in sepul
chris quor̄ nō est memor amplius:
et ipsi de manu tua repulsi sunt.
Posuerunt me in lacu inferior̄: in te
nebrosis et in umbra mortis.
Super me confirmatus est furor tuus:
et om̄s fluctus tuos induxisti sup me.
Longe fecisti notos meos a me: posue
runt me abhominationem sibi.
Traditus sum et nō egrediebar: oculi
mei languerunt p̄ inopia.
Clamaui ad te dñe: tota die expandi
ad te manus meas.

Deus iniqui insurrexerunt sup me
et synagoga potentiū quesierūt aiam
meam: et nō proposuerūt te in conspectu suo.
Et tu domine ds miserator et misericors:
patiens et multe mīe et uerax.
Respice in me et miserere mei da impriū tuū
puero tuo: et saluum fac filiū ancille tue.
Fac mecū signum in bono ut uideant
qui oderunt me et confundantur: quōm
tu dne adiuuisti me et cōsolatus es.
Fundamenta eius in montibus
sanctis: diligit dominus portas
syon sup oīa tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei.
Memor ero raab et babylonis: scientiū me.
Ecce alienigene et tyrus et populus ethyopū
hi fuerunt illic.
Nunquid syon dicet homo et homo natus
est in ea: et ipse fundauit eā excelsus.
Dns narrabit in scripturis populorū: et
principū horum qui fuerunt in ea.
Sicut lętantiū omniū: habitatio est in te

VELLUM LEAF FROM A MEDIEVAL MANUSCRIPT

ENGLAND (Oxford); Middle XIIIth Century — Latin Text; Angular Gothic Script

Oxford Bible

(Biblia Sacra Latina, Versio Vulgata)

FROM THE COLLECTION OF OTTO F. EGE

